

33. *ERODIUM chium* pedunculis multifloris, foliis cordatis incisis: summis trilobatis: lobis tripartito-incisis.

*Geranium chium*. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 318. Cavanill. diff. 4. p. 221. Tab. 92. f. 1.*

Habitat in Chio. ☉.

Folia inferiora trilobata inciso-dentata, superiora tripartita: laciniis pinnatifidis inciso-dentatis.

Calycis foliola lanceolata acuminata cuspidata pilosa: pilis simplicibus.

34. *ERODIUM malacoides* pedunculis multifloris, foliis cordatis sublobatis dentatis.

*Geranium malacoides*. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 318. Cavanill. diff. IV. p. 220. Tab. 91. f. 1.*

Habitat in Europae australis maritimis. ☉.

Folia inferiora cordata subtriloba inciso-dentata; superiora cordata inciso-dentata.

Calycis foliola lanceolata obtusa mucronata pilosa, pilis apice glanduliferis.

OBSERV. Haec et praecedens species distinctissimae sunt, et semper constantes manent, nec varietates esse possunt, ut celeberrimi Heritier et Aiton perhibent. Folia profunde incisa, et pili calycis simplices E. chio sunt proprii, et nunquam cultura mutantur.

Erodia et Pelargonio in hortis nostris hybrida varia proferunt, hinc species difficile distinguuntur, quum quotannis novae appareant; e. g. de Pelargonio Radula et graveolente bina hybrida coluntur, alterum habitu P. Radulae, sed foliis latioribus, odore roseo; alterum habitu R. graveolentis, sed foliis angustioribus, odore roseo.

35. *PRENANTHES sarmentosa* foliis lyrato-runcinatis; caule humifuso, floribus solitariis, calycibus multifloris. *Tab. nostr. VI. fig. 2.*

*Chondrilla minima repens*, asplenii foliolis pilosis. *Shaw itin. app. n. 59. Tab. 21.*

Habitat in Africa, et India orientali. D. Klein.

Radix simplex perpendicularis.

Caulis revera nullus. Sarmenta longa filiformia absque radicibus procumbentia, glabra, striata.

Folia ad radicem caespitosa et in sarmentis fasciculata, vel in rosulae formam disposita, runcinato-lyrata, angusta, lobis obtusis crenulatis.

Flores semiflosculi solitarii ad radicem et in rosulis sarmenti.

Pedunculi brevissimi squamosi.

Calyx communis cylindraceus multiflorus (10—12.) calyculatus, circiter octophyllus: foliolis lanceolatis aequalibus; calyculus inaequalis quadri- vel octophyllus: foliolis obtusifusculis lanceolatis.

Pappus sessilis pilosus.

Receptaculum nudum.

OBSERV. A reliquis speciebus habitu differt longe alieno, sed convenit forma externa calycis et pappo sessili.

36. *LACTUCA palmata* foliis tripartito pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis.

Habitat — — — — ☉.

Planta facie Lactucae fativae, sed facile frigore perditur.

Caulis erectus teres ramosus: ramis strictis.

Folia caulina semipedalia amplexicaulia tripartita: laciniis sinuato-pinnatifidis: lobis inaequalibus oblongis obtusis integerrimis.

Folia in ramis floriferis amplexicaulia ovata acuminata.

Flores paniculati sulphurei circa finem Septembris apparent.

Calyx cylindraceus imbricatus; squamis obtusis.

OBSERV.



1. *Cacalia rotundifolia*. 2. *Prenanthes farmentosa*.